

aquam. Et inter hæc omnia magnam efficaciam habet Anatron, siue sal nitrum, & sal gemma, & alkali. Postquã ergo congelata sunt versa in aquã imbibãtur hæc. Sed cum rubeo quod patitur longam & magnam sitim, donec fiant duplũ sui, & atinkar in his habet magnam efficaciam. Et super hæc omnia supernatent vna de hac aqua; & aqua salis armoniaci viui, vt meliùs soluantur particule fugitiui. Secundũ in rubeũ colorẽ, vel lalneum, vel viridem, aut cœlestinum. Sed viridis color omnibus nitet. mitte compositionem in rotumba, vt soluatur aqua clara à fundo vsq; in superficiem sicut est mel colatum, doinde cõgeletur in loco congelationum in lapidem viridem, quandoq; in rubeum, quandoque lalneum, quandoque cœlestinum, & iterum soluatur & congeletur bis vel ter, & est duplicatio, triplicatio, quadruplicatio, & sublimatio, & acutior omnibus. Dixerunt Philosophi Regis Persarum: Accipiamus frigidũ & humidũ, & aquosum mundetur ab omnibus superfluitatibus & à plumbo, & decoctione pura & multa desiccetur ab humido in sole decoctione & humidis pannis: & est pulchrius capitulum. His qui cupiunt scire mirum super omne mirum de humido aquoso frigido & adusto, dixit Kanide, quod in vno solo igne sine aquæ tẽperatiõne factæ sunt omnes distillationes, & sublimationes, & calcinationes, & rubificationes & mortes ipsius Mercurij, & tunc facta est amicitia inter ipsum & ignem, & currit vt oleum in vno ictu: quia oleum est ingressiuum, penetratiuũ & aggregatiuum, permixtiuum, coagulatiuum, perseueratiuum (vincit enim omnem rem subtilem & omnem rem solidam penetrat) coniunctiuum, permansiuum, depuratiuum: & dicitur oleum viuum, color viuus & rectificatiuus, & omnes mortuos resurgere facit. Et est fermentũ super omne fermentum, & semetipsum imprægnat, & seipsum parit. Vnde omnes qui quærent hanc scientiã, scire oportet omnia quomodo est, & quomodo nõ est, & quomodo fieri potest: & si fallunt, quomodo emẽdare possunt: & post omnia scire oportet ea quæ circa opus sunt necessaria, & probationes claras & manifestas. Et hæc est prima omnium probationum, sci-